



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 136. Aquitannia a Galliarum Rege occupata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Secul. XV.
A.C. 1472.

§. CXXXVI.

*Aquitannia a Galliarum Rege
occupata.*

Nec segnior Rex exercitu suo, quem ad omnes casus in Santoniaco agro expeditum tenebat, Aquitanniam occupat, atque inter primas deditiois leges postulat, ut acta contra Angeliacensem Abbatem instrui coepta sibi traderentur. Jussis paruere Commissarii, nec tamen unquam inquisitionis capita innotuere; unde non levis oriebatur suspicio, Ducem Regis fratrem forsitan hoc ipso impellente veneno extinctum fuisse. Ut res se habeat, Rex postquam Aquitanniam suo junxit imperio, ejus Præfecturam Comiti de Bellojovio Borbonii Ducis fratri commisit: vicissim vero Burgundiae Dux infestis armis Picardiam invasit, & plana Regionis loca ferro flammaque devastavit. Subiit omnia crudelitatum genera urbs Nigella vi capta, cujus Rector, ac civium Primores laqueo suspensi sunt, eo quod fecialem, qui incolas ad deditioem provocaverat, globo petiissent. Nec ultra ædium sacrarum religio innocentem populum illuc certatim confugientem ab insatiabili hostium furore tutabatur, omnesque, quos benignior fors jugulantium gladiis eripuerat, postea magis inhu-

inhumana crudelitas aut laqueo suffoca- Sæcul. XV.
 bat, aut obruncatis manibus foedabat. A.C. 1472.

Burgundus vero sævitiae hujus enormi-
 tatem honestare moliebatur propudioso
 Aquitanniae Ducis mortem vindicandi
 obtentu, ejusque culpam in Regem con-
 gessit, simulque graviter conquestus est,
 quod ei Rex non ita pridem hæredita-
 riam portionem suam vi eripuisset.

§. CXXXVII.

*Adversa Burgundi fortuna apud Bel-
 lovacum; soluta urbis obsidio.*

Nupera hæc Burgundiae Ducis severi-
 tas quingentos illos ballistarios, qui in
 urbe Royensi præsidium agebant, tanto
 terrore concussit, ut relicta civitate auffu-
 gerent. Equites quidem majori constantia
 ibidem persistebant; cum vero urbem
 propugnando impares essent, & ipsi pa-
 ctis conditionibus deditioem fecerunt.
 Inde Burgundus in Normanniam irrum-
 pere statuit, eo quod ibidem civium non
 pauci clandestina cum Duce consilia fo-
 verent. Verum Dux inopina quadam
 rerum vicissitudine deterritus, Bellova-
 censem urbem oppugnare decrevit; fini-
 stro tamen successu. Postquam enim ob-
 sidione ad septimum diem protracta urbs
 repetitis aggressionibus premebatur, &
 jam-